Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



perseuerauerunt interrogantes eum. erexit se et
dixit eis. Qui sine peccato est uestrum. primus iniec
tam lapidem mittat. Et iterum se inclinans. scri
bebat in terra. Audientes autem. unus post unum
exibant incipientes a seniorib. Et remansit
ihc solus. et mulier in medio stans. Erigens au
se ihc. dixit ei. Mulier. ubi sunt qui te accusabant.
Nemo te condempnauit. Que dixit. Nemo dne.
Dixit autem ei ihc. Nec ego te condempnabo. Vade
et amplius iam noli peccare. Dom. in ad
Rs. Scriptum est Galathas.
quo abraham duos filios habuit. unum
de ancilla. et unum de libera. Sed qui de
ancilla secundum carnem natus est. qui autem de
libera per promissionem. Que sunt pallegoriam
dicta. Hec enim sunt duo testamenta. unum
quidem in monte syna. in seruitutem generans
que est agar. syna enim mons est in arabia qui con
iunctus est ei que nunc est ierlm. et seruit cum
filiis suis. illa autem que sursum est ierlm libera est.
que est mater nra. Scriptum enim. Letare